



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

65. Vtrum virtute Bullæ Cruciatæ possit quis extra confessionem absolvi à censuris? Idem quæritur de Iubilæo? Ex p. 1. t. 11. r. 25.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76369](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76369)

verf. & voluit
& in §. xli.
à fin 8. &
verf. Et ideo.

ſchedulam à Confefſario accipias, in qua ipſe Confefſarius teſtetur, te virtute Cruciatæ abſoluiffe parte ſatisfacta. Scio tamen Ledefina 2. part. 4. quæſt. 26. art. 1. col. penult. & Ioan. Gutierrez. 99. Canon. lib. 1. cap. 2. num. 17. non probari dictum teſtimonium, quia eſt teſtimonium Confefſarii, qui in iudicio forenſi non admittitur vt teſtis, cum ſit iudex pro ſolo conſcientiæ foro conſtitutus, ob quam cauſam Rodriquez addit, adducendos eſſe duos teſtes, qui abſolutioni interſint, & de illa teſtificari poſſunt. Nauarrus verò lib. 5. conſil. tit. de ſentent. excommunicat. conſil. 26. ſententia non eſt ſufficientem ſchedulam Confefſoris ad faciendam fidem, neque eſſe tutum adducere teſtes, qui abſolutioni, quæ frequenter datur in Sacramento Pœnitentiæ, interſint, aſſerit, prædictam ſchedulam à Confefſario affirmante, ſatisfacta parte, abſoluiffe, debere accipi coram Notario, & teſtibus & Notarium in ſine ſchedulæ teſtari debere, te fuiſſe à Confefſore prædicto abſolutum, tali die, & loco, &c. & ad illius abſolutionis fidem faciendam illam ſchedulam datam fuiſſe.

6. Cæterum Palaus, ubi ſupra num. 12. exiſtimat, ſolum teſtimonium Confefſarii oſtenſa Bulla, ſufficere, vt iudex teneatur credere, te fuiſſe abſolutum, vt rigorem pœnæ ordinariæ temperet. Nam tùm ſatisfacta parte, non agatur de præiudicio tertij, videtur Confefſario credendum, qui ob officium Iudicis in foro conſcientiæ incapax non eſt teſtificandi ex licentia pœnitentis, & in illius fauorem in foro externo: Si enim contrahens ſecundas nuptias ob acceptum nuncium de morte vxoris, qui falſus fuit, excuſatur à pœna, quibus afficiendus erat ob contractum matrimonium, viuente coniuge: quia prudenter proceſſit fidem teſti alius idoneo adhibens, vt probat text. in Cap. in præſentia, de ſponſalibus; cur non poterit iudex te excuſare à cenſuræ violatione ob dictum Confefſarii teſtantis te abſoluiffe? Certè poteſt. Ita Palaus.

7. Et hæc omnia hinc inde aſſerebant Doctores circa præſentem difficultatem ante quamdam Conſtitutionem Vrbanæ V III. ſed poſt illam abſolutè docent, abſolutionem obtentam ab excommunicatione virtute Bullæ Cruciatæ non valere pro foro externo; & ita tenet nouiſſimè Magiſter Gallego de Vera in Bulla Cruciatæ, capit. 9. dub. 114. ubi ſic ait; Prguntate ſi a abſolutione de la deſcomunion que le puede hazer por la Bula, vale tambien para el foro exterior?

8. Encontrados eſtan los Doctores en eſta parte, anſi dentro de la Eſcuela de Santo Tomas, como entre los de à fuera; afirmando vnos, que vale para el foro exterior, y negando los otros. Y Antonino Diana reſiere muchos Autores por entrambas partes, (y yo podia añadirle muchos, como lo hago en eſta obra; pero no es neceſſario, como ſe vera) en la 1. p. tract. 11. de Bull. ref. 26. y en la 5. p. ref. 13. y los reſiere fielmente.

9. Pero ya no ay que canſarnos acerca deſto, porque ſu Santidad de Vibano V III. que es el que al preſente concedió la Bula de la Santa Cruzada, dirimió eſta duda y controuerſia en vna Bula ſuya, y motu proprio, cuyo titulo es, *Innotatio Conſtitutionis felicitis recordationis Clementis V III.* ſu data en Roma à diez y nueue de Junio de mil y ſeiscientos y treinta: digo, que dirimió eſta controuerſia, explicando expreſſamente, que la Bula de la Cruzada, no aprouecha para el foro exterior, ſino ſolo para el foro de la conciencia; y aſſi yendo tratando en la ſobre dicha Bula, y motu proprio de la Conſeſſion que hazia en la Bula, de que el Confefſor elcto por ella, podia abſoluer de todos los caſos refer-

uados, aun de los contenidos en la Bula de la Corona, (excepto el crimen de heresia,) dice el Papa Urbano V III. que la tal facultad, *Non niſi in foro conſcientia, non autem in foro externo ſuffragatur.* Trac toda eſta Bula Antonino Diana, en las adiciones ſecundarias, que andan en las impreſſiones nuevas, al fin de la tercera parte de las obras de Diana. Hacille.

10. Qui quidem poterat in confirmatione ſue ſententia adducere noſtrum cariffimum Concium Patrem Bardi; nam in Bulla Cruciatæ, p. 1. r. cap. 5. ſect. 2. num. 11. ſententiam Magiſtri Gallego ante illum docuerat, ſic aſſerens; Demique conſuſio iſta eſt iam definita ab Urbano V III. in Conſtitutione 10. edita anno Domini 1640. die 19. Junij, que reperitur in *nom. Bullarj*, & incipit: *In ſpecula militantis Eccleſie.* Declarauit enim Pontifex, abſolutionem datam etiam in reſeruat in Cœna Domini, non ſuffragari niſi in foro conſcientia, non autem in foro externo; proinde omnino alia opinio contraria hodie nequit praticari. Ita Bardi.

11. Sed vide ne verba Vrbanæ V III. poſſint intelligi vt Bulla non ſuffragetur pro foro externo directe, & immediatè, ſecus autem indirectè, & eo modo quo ſupra Doctores explicare laborant. Et quidem Pater Eſcobar ſcripſit poſt dictam Bullam: Pater Mendo illam nominatim ponderauit, & tamen nullam difficultatem habuerunt circa verba à Gallego, & Bardi adducta imò ſententiam affirmatiuam, vt ſupra tenuerunt; Ideò tu cogita. Ego, interim non recedam à ſententia negatiua Patris Bardi, & Magiſtri Gallego.

RESOL. LXV.

Vtrum virtute Bullæ Cruciatæ poſſit quis extraconſcientiam abſolui à cenſuris?

Idem queritur de Iubileo. Ex parte 1. tractatu 11. Reſol. 25.

§. 1. **N**egatiuè reſpondet Filiucius tom. 1. tract. 11. cap. 9. num. 294. Valquez in 3. part. tom. 4. tract. de excommunicat. dub. 20. num. 9. Sanchez de Iubileo, 8. dub. 8. Acosta in expoſit. Bull. quæſt. 50. in fine. Fernandez in exam. Theolog. mor. par. 3. cap. 9. §. 12. num. 4. qui citat Couarruiam, Nauarrum, & Cordubam, Idem docet Suarez in 3. part. tom. 5. diſput. 7. ſect. 5. num. 35. Rodriquez in Bulla, §. 9. num. 54. diſt. 5. & alij. Primò, quia ita declarauit Pius V. in Bulla Iubilei, anno 1568. Secundò, quia in Bulla apponitur clauſula, *auditis Confeſſionibus*: & licet non apponatur; habetur tamen alia æquiualens, videlicet, quòd poſſint eligere Confefſarium, qui poſſit illos abſoluerè à peccatis, & cenſuris,

2. Sed contrariam ſententiam, tanquam probabiliorè, amplectendam eſſe exiſtimo, quam tuentur Auila de cenſ. part. 2. cap. 7. diſp. 3. dub. 13. Villalobos in ſum. tom. 1. tract. 27. clauſ. 9. §. 2. n. 23. Sanchez de mar. tom. 3. lib. 8. diſput. 34. num. 10. Vega in ſum. tom. 1. cap. 6. caſ. 3. Ledefina in ſum. tom. 1. tract. de exam. cap. 8. dub. 5. Coninch de Sacram. diſp. 14. dub. 16. num. 25; & Victoria, Pegna, Medina, Sancius, & Guertera, Archiepiſcop. Granatenſis, Vir doctiſſimus, & alij Theologi Salmanticensis apud Henriq. in ſum. lib. 8. c. 13. num. 2. in Gloſſ. litt. O. & tandem ex Dominicanorum Familia Vir doctus, Ioan. de la Cruz in direct. conſc. p. 2. tract. de exam. dub. 5. concl. 3. vbi ſic ait; Nota, quòd in Bullis Cruciatæ non petitur, quòd abſolutio excommunicationis fiat in Sacramento Pœnitentiæ; ſed, quia conſeſſio eſt præſentis, quòd abſolutio peccatorum, conceditur ibi, vt poſſit

Quæ nunc
preced. ſunt
Ref. & in
aliis carū
primarum
annotatio-
num.

posse eligi Confessor approbatus, qui etiam possit ab-
soluere ab excommunicatione, & aliis censuris. Ita
ille. Et ita declarasse Commissarium Cruciatæ, testatur
Bulla, ubi supra, maxime hodie, quia non adest in Bul-
la clausula illa, *audita Confessione*; & etiam si adesset,
per se sententiam nostram esse probabiliorē, & tutam
in peccati, ut ego sapius consului, & practicaui. Et ratio
est: quia nulla necessaria est connexio inter absolutio-
nem à peccatis & absolutionem à censuris. Secundo,
quia sapè expedit, ut ita fiat, ut si reus non sit paratus,
quomodo frequenter solet accidere in praxi, ut statim
coniteatur, & adint causæ, ob quas expedit eum
statim absolui.

Ad argumenta in contrarium adducta responde-
tur: & ad primum dico cum Villalobos, ubi supra,
quod illa declaratio Pontificis habuit locum pro illo
sacramento, in quo concessa fuit illa facultas tali pacto, &
conditione. Ad secundum respondeo cum Auila, &
aliis, quod illa verba, *audita Confessione*, referenda
sunt ad absolutionem à peccatis, non autem ad absolu-
tionem à censuris: referenda sunt enim singula sin-
gulis, & respectiue intelligenda, respectu potestatis
absoluentis ab omnibus peccatis, quæ simul cum alia
facultate solet concedi. Ad illud verò, quod dicitur, in
Bulla adesse illa verba, quod quis possit eligere Confes-
sorem, ut eum absoluat à peccatis, & censuris: ergo,
&c. Respondetur ex istis verbis non sequi veramque
absolutionem simul, aut ab eodem debere dari.

RESOL. LXVI.

An per Bullam Cruciatæ possit quis absolui ab excommu-
nicatione lata contra causantes, aut procurantes, vel
consulentes abortum?

Et an Gregorius XIV. in proprio motu concesserit, cui-
libet Confessario approbato seculari, vel Regulari, ut
possit in loco conscientie absolui à peccato abortus fec-
tus animati, & ab excommunicatione lata contra per-
sonas ibi expressas?

Et naturæ posse Confessarium virtute Bullæ Cruciatæ ab-
soluere aliquem ad cautelam: ut quando dubitat pro-
babiliter, an quædam excommunicatio publicè lata
comprehendat illum. Ex p. 5. tract. 9. Ref. 40.

Videtur negatiue respondendum; quia Sixtus
V. edidit Motum proprium anno 1588. qui in-
cipit, *Effrenatam*, in quo referuat Summus Pontifex
absolutionem à censuris ibi latis contra prædictos cau-
santes, vel consulentes abortum, & addit quod virtu-
te illius, aut Bullæ non possit impendi absolutio ab-
ortus, quod ita planè esse intelligendum, & ad litem
docet Rodriguez in *expofit. Bullæ*, §. 9. num. 90.
& habent quidam iuniores, dicentes esse probabilis &
securis.

Verum his non obstantibus affirmatiua senten-
tia tenenda est. Primò, quia Gregorius XIV. in proprio
Motu supra relato concedit cuiilibet Confessario ap-
probato seculari, vel regulari, ut possit in foro con-
scientie absolui à peccato abortus, & excommuni-
catione lata contra personas ibi expressas, vbi planè
distinguitur de abortu factus animati, ut docet Henriquez
lib. 10. cap. 15. ubi supra. Secundo probatur, quia in Bulla
Cruciatæ datur facultas absoluenti ab omnibus cen-
suris, etiam Papæ referuat, exceptis his, quæ hæresi
sunt annexæ. Ergo quantumcumque censura abortus
referuat sine Papæ, poterit quis virtute Bullæ absol-
uere. Neciuat respondere non posse, quia in prædicto
Motu proprio Sixti V. continetur prohibitio, quæ cau-
et absolutio ab illis virtute Bullæ; hoc, inquam, non
obstat, quia Commissarius ex facultate Apostolica po-
t. IV.

test suspendere, & suspendit omnia contraria Crucia-
tæ, licet habeant clausulam contrariam tali suspensio-
ni, ut testati sunt viri doctissimi ab ipsomet Commis-
sario consulti super hac sua facultate. Tum, quia Six-
tus V. non potuit coarctare potestatem Pontificum, qui
eidem successerunt: omnes autem absque vlla limita-
tione concesserunt, ut virtute Cruciatæ possent eam
sumentes absolui ab omnibus peccatis & censuris. Se-
di Apostolica referuat, hæresi duntaxat excepta. Imò
opinantur nonnulli, quod adhuc Sixto V. viuente pos-
tuerit quispiam virtute Bullæ Cruciatæ per eundem
anno sequenti concessæ à censura ex abortu incur-
sa absolui. Et ita docet Henriquez lib. 6. de penitent.
cap. 10. in glossa lit. F. & lib. 10. cap. 35. lit. F. cum Lu-
douico de la Cruz in Bulla Cruc. disput. 1. cap. 4. dub. 6.
num. 7.

Notandum est hic obiter contra Nauarr. cap. 27.
num. 275. Covarr. in cap. alma mater, part. 1. §. 12. vers. se-
cundo est inquirendum, Felinum in cap. causam, num. 6.
de rescript. Decium in cap. praterca, n. 6. de offic. deleg. &
alios, posse Confessarium virtute Bullæ Cruciatæ ab-
soluere aliquem ad cautelam; ut quando dubitat pro-
babiliter, an quædam excommunicatio publicè lata
comprehendat illum. Ita Coninch. de Sacram. disp. 14.
dub. 16. n. 200. Suar. de cens. disp. 7. sect. 8. n. 12. Henri-
quez lib. 13. cap. 29. n. 5. & alij.

Sup. hoc
sup. in
Ref. 59. §. 2.

RESOL. LXVII.

An per Bullam Cruciatæ possit quis absolui ab excommu-
nicatione incurta per duellum? Ex part. 5. tract. 14. &
Miscell. 2. Ref. 104.

Affirmatiue respondet Sanchez in *summa*,
tom. 1. lib. 2. cap. 39. num. 27. vbi sic ait: Poterit
Confessarius electus per Bullam Cruciatæ absolui
semel in vita, & semel in mortis articulo, ab ista Ex-
communicatione duelli, quia cum Bulla quotannis
publicetur, & ab eodemmet Pontifice concedatur,
non est verisimile eius intentionis esse priuilegium
tollere Bullæ, concedens semel in vita, & semel in
mortis articulo absolutionem ab omnibus casibus Pa-
pæ referuat. Ita Sanchez. Sed Hurtadus de Mendoza
in 2. 2. disp. 170. sect. 21. §. 201. licet sequatur opinionem
Sanchez, eius tamen rationem non approbat, quam
putat in aliis occasionibus nullo modo esse proban-
dam; sed affirmatiuam sententiam docet, nempe ex-
communicationem incurtam ex duello esse per Bullam
Cruciatæ absoluentiam, quia Bulla Cruciatæ non re-
uocatur, nisi per expressam derogationem, quæ de-
rogatio non continetur in Motu proprio Clementis
VIII. ergo, &c. quæ doctrina est valde notanda pro
auctoritate Bullæ Cruciatæ.

Sup. hæc ex-
communica-
tione, si est
occulta, su-
pra ex lata
doctrina
Ref. 41. &
aliarum eius
primæ an-
not. signan-
ter in §. Item
posse.

RESOL. LXVIII.

An imponentes gabellas super rebus, quæ ad proprium
usum, vel familia emuntur, incidant in excommu-
nicationem Bullæ Cæna, & per Cruciatam sint absol-
uendi?

Et queritur, an supradictæ gabellæ sint iniustæ? Ex p. 1.
tract. 11. Ref. 8.

Prima opinio affirmat: & ita docet Tolertus
lib. 5. cap. 74. quia dictæ gabellæ sunt iniustæ,
ut notat Caietanus in *summa*, verb. *veltigal*. Tabiena
eod. verb. n. 4. Angelus verb. *pedagium*, num. 2. Armilla
verb. *gabellæ*, n. m. 2. Ledesma 2. p. quæst. 18. art. 3. Medi-
na in p. 2. quæst. 96. art. 4. Beja p. 1. cas. 13. Gabriel in 4.
dist. 15. quæst. 5. conclus. 2. lit. Z. cum aliis. Probat ex l.
I. 2. vniuersi.

Sup. doctri-
na c. n. c. n. a
à lin. 2. huius
Ref. in tom.
2. tract. 7.
Ref. 60.